Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Passionale sanctorum - Cod. Aug. perg. 32

[S.l.], [9. Jahrh.]

Passio sancti Pionii quod est IIII. idus martias

urn:nbn:de:bsz:31-65346

Visual Library

statimque di nutu pirate delfine susceperunt corpora
eorum & eas portauerunt ad alexandriam. ad lo
cum quem sanctus praedixerat arianus obseruandum a famulis
suis. serui ergo illi qui dominum tantum sine corpus operi
ebant. cum uidissent quinque corpora ambigebant
de illis dicentes inter se. Dominus noster arianus se
solum dixit in hac loca deferendum in sacco. hic
quinque saccos uidimus sine dubio non est ipse. Illis
itaque hesitantibus uox humana quasi de ore unius
delfine audita est dicens. Nolite dubitare. hic est
dominus uester arianus. Uenite & tollite eum.
& hos quattuor protectores qui eadem qua dominus
uester gloria martyrii coronati sunt. & sepelite
eos quinque iuxta sepulcrum sancti asclae. ubi dominus
uester uobis praecepit. Tunc pueri certificati suscepe
runt corpora cum saccis & posuerunt in naui flu
uiali. In qua nauigatione factum mirabile ostendi
decreuit. nam eleuato linamento uelo cum na
uigare coepissent obdormierunt omnes qui erant
in naui nec ullus eorum prorsus per tres dies
& totidem noctes aut experrectus est aut guber
naculum tenuit. sed eum quarta die proximas
se nauis ciuitati. continuo facta est uox adeo dicens
surgite. hic est enim locus sepulturae istorum.
Tunc & pergere facti omnes uiderunt adpulsam na
uem in loco quo uolebant. & abeuntes nuntiaue
runt ciuibus. Illi audientes ut gestum erat er
ga beatos martyres egressi sunt cum cereis &
lampadibus ac diuersi generis luminaribus
& honorabiles cum summa laetitia agentes
exequias sepelierunt ad collegas suos quarta
decimo die mensis marti. Coronae autem eorum
dies fuit octaua eiusdem mensis. In xpo ihu
dno nro. Cui gloria in unitate sps sci
in saecula saeculorum amen.

FINIT. PASSIO. BEATI. FILE
MONIS. CHORAULAE.

INCIPIT PASSIO. SCI. PIONII

QUOD EST. IIII. ID. MAR.

Referre oportet ac debere memoriam sanctorum
merita apostolus praecepit. eo quod sciat rerum
gestarum memoria egregios uiros flammam
in pectore crescere. His ante omnia qui imitari ta
les uiros uel maxime student. uel praecipua emula
tione contendunt. Unde pionii martyris debet
passio non sileri. qui & dum esset in luce. multis
fratribus ignorantiae discussit errorem. & postea
martyr effectus. quibus uiuus doctrinam infuderat
passus ostendit exemplum. Secundo itaque die
sexti mensis quod dicitur est quarta idus martias die sab
bati maiore. natale policarpi martyris. genuinum
pionium. sabinam. asclepiadem. macedoniam
quoque & lemnum presbiterum catholicae aeccle
siae persecutionis inuenit. Sed quia bonum fi
dei totum dns ostendit. pioniusque inminebant
supplicia quam non timebat aduenientia futura
preuidit. Ergo ante diem quam natalis policarpi
martyris adueniret. cum sabina & asclepiade diu
ieiuniis deuotus insisteret. uidit in somnis sequenti
die se esse capiendum. quod tam aperte & indubitanter
agnosceret. eo quod tam lucide omnia uisus appareret
sumsit uincula sua & sabinae & asclepiadis colla
circumdedit. Ut cum ab inlatoribus uincula
uincti inuenirentur. scirent qui uenerant nihil se
noui esse facturos. Intellegeretque non eos sicut cete
ros qui degustabant sacrificia esse ducendos. cum
essent uincula priusquam iuberentur imposita
& fidei testimonium & uoluntatis indicium.
Facta igitur oratione sollemni cum die sabbato sanctum
panem & aquam degustauissent. Palemo sue
editui aduenit stipatus turba eorum quos
ad inuestigandos xpianos palemon iudicia ma
iora secuntur. qui ubi pionium uidit. talia prosa
no ore uerba profudit. scitis manifestum princi
pis esse praeceptum quod sacrificia celebrare uos
iubet. Pionius dixit. scimus quidem praecep
ta sed illa sola quae dnm nos uenerare iubent. Edi
tuus ait. Uenite ad forum ut probatis uera esse
quae dixi. Sabina uero & asclepiadis clara uoce

dixerunt. Nos deo vero obedimus. Et cum ad forum ducerentur, oblatis repente vinculis cervicibus eorum inditis, vulgus aspexit, et ut solet in populo tamquam visuri inde rei cupiditas inhiare. Hi se invicem(?) stupebant, ut dum ipsi alios pellerent, ab aliis pellerentur. Ergo ad forum ventum est. Repente immensa multitudine quicquid spatii in medio fuit, et superposita puginorum ediculis tecta completa sunt. Innumere quoque aderant feminarum caterve, quia erat dies sabbati et iudeorum feminas ab opere diei festivitas relaxabat.

Omnis autem circum fusa undique videndi studio ruebat aetas, et quos ad videndum destituebat brevitas corporis, supra positi scamnis atque scandentes arcas, ne subtraherentur miraculo, aequiperabant ingenio quod natura subtraxerat. Tum martyribus in medio constitutis Palemon ait: Bonum est, Pioni, et te sicut ceteros obedire, ac iussa complere, et declinare supplicia. Sed beatus martyr Palemonis sermone praecepto, extenso manu, laeto et alacri vultu tali oratione respondit: Vos sum qui et cultu vestras pulcritudine moenium et Zmirne civitatis decore gaudetis, et Homere poeta gloriamini, et si qui vobiscum et iudeis adsunt, paucis audite vos alloquor verbis.

Audio enim quod rideatis eos qui ad sacrificandum aut sponte prosiliunt, aut alio cogente non renuunt, et in illis levitatem pectoris in spontaneum damnetis errorem. Cum oporteret et vos Homero doctori vestro ac magistro pariter obedire, qui ait nefas esse exultare defunctis, nec ullum conflictum cum luce cassis, atque certamen debere esse cum mortuis.

Vos autem iudei debueratis Moysi obedire praeceptis qui ait: Inimici tui animal si ceciderit, oportet et te prius levare quam transeas. Pari quoque sententia et simili Salomon oratione signavit: In inimico cadente non exultes, nec aliena infelicitate te laetes.

Unde ergo mori malo atque omnia omnia perferre supplicia, et inique quas libet erumnas deductos in mensos sentire cruciatus, donec non pervertam aut illa quae didici, aut illa quae docui. Nunc ergo quem iudei risu se cachinnante dissolvunt, inridentes eos qui aut coacti aut sponte sacrificant, nec a nobis quidem temperant risum et insultanti voce proclamant: diu nos licentiae tempus habuisse esto. Inimici eorum sumus ac tamen homines. Quid enim a nobis praeter tulere laturi quas per nos sensere supplicia? Quos lingua lesimus, quos odio persecuti iniquo sumus, quos ferina crudelitate grassantes ad sacrificia compulimus? Non sunt eorum peccata his similia quae propter timorem hominum nunc aguntur. Longa discretio est inter invitum et sponte peccantem, et hoc interest inter eum qui cogitur et illum quem nemo compellit, quod libi mentis hic tempus inculpe est. Quis enim coegit iudeos aut misteriis Belphegor inbui, aut in moreque parentalibus et degustare sacrificia mortuorum, quos cum filiabus allophilorum turpis coegit agere et exercere meretricum voluptatem? Qui suos filios concremare? Qui adversus dominum murmur exercere? Aut clam Moysi latenter male loqui? Quis tot beneficiorum inmemores quos fecit ingratos, quos coegit per cor suum redire ad Aegyptum? Aut cum Moyses legem ascendisset accipere, dicere ad Aaron: Fac nobis deos et vitulum et cetera quae fecerunt. Sed vos pagani possint fortasse decipere aliquando aures vestras ambage fallentes, si nobis nullus illorum poterit imponere. Recitent vobis codicem iudicum regum et exodum et cetera quibus convincuntur ostendant. Sed quaerunt cur multi ad sacrificandum sponte descendant, et propter paucos et ceteros inrideant. Fingite vobis imaginem areae quam tritura compleverit. Palearum est acervus maior an tritici? Cum enim colonus ad ventilandum furca triticum verterit aut pala mutaverit, sine pondere palea vento auferente volitat. Triticum autem grave et solidum in eo loco in quo manserat perseverat.

Repetam nunc quid iudei saepius in prima aetate posito differebant, quod esse mendacium sequenti redarguens sermone conmuneam. Scriptum namque est: Ita Saul interrogavit mulierem pythonissam et dixit ei: Excita mihi Samuhelem prophetam. Et vidit mulier ascendentem virum cum stola. Saul Samuhelem esse credidit et interrogabat eum quae volebat audire.

Quid ergo uates illa poterat excitare samuhelem si potuisse consenserint iniquitatem plus iustitia posse confessi sunt. Et sunt execrabiles atque maledicti si ne sequiuerint. si mulierem reduxisse necesse est ut dominum xpm non sic redisse uincatur. Ita si et ut in hac contentione uitia dominentur ut credunt. Ratio igitur uerbi huius talis est. quomodo poterat uates mulieris demon. sci prophete excitare animam. iam olim in sinu abrahe positam et in paradiso quiescentem. cum semper quod minus est id et a potentiore uincatur. Ergo ut arbitrantur samuhel in lucem reductus est. minime.

Quid est ergo sicut omnibus qui dnm pura mente suscipiunt angeli adesse festinant. Ita eos qui sicut uel incantatoribus uel sortilegis uel furorem sub uaticinationis specie peruia pura uendentes demones obsequuntur. Dixit autem apostolus. Si satanas in angelum lucis transformatur. nihil magnum si ministri eius transfigurantur

arborique decorauit. Qui ordinauit circumflua terre maria. Et statuta terminorum uel litorum lege signauit. Cethicus dixit. Tullium dicis qui crucifixus est. Et pionius. Illum dico quem pro salute orbis pater misit. Et iudices inter se dixerunt. Cogamus eos dicere ita ut pionius possit audire. Quibus ille respondit. Erubescite cultura in dei et iustitie inquantulumcumque deferte. Si in uero uiuatis legibus placet. cur iura uestra culpatis non exequendo que iussa sunt. Iussi enim estis contra dicentibus non iniuriam inferre sed mortem. Post hec uerba ait rufinus. quidam pollens eloquentia et facundia atque oratoria arte precellens. Quiesce pioni. Quid inanem gloriam uana iactatione presumis. Cui pionius. Hoc te historiarum tuarum uolumen edocuit. hoc codices tui monstrant. ad qui hec ab athenensibus sapientissimus socrates ille non pertulit. An insipientes erant amilitari stultitie ac bellis potius quam legibus nati. socrates aristides et anaxarcus. In quibus quo maior doctrine ac maior uerecundia. nulla illis pompa sermonis aut loquendi ambitione luxuriantes arrogantia summo fore sermone. cum ad iustitie rationem. moderatione. temperantiam. philosophie scientia peruenissent. Etenim in laudibus propriis et laudandum moderatio. Ita odio

laudatio tale rufinus beati martyris sermone susceptus. tamquam fulmine ictus obticuit. Quidam uero ait in excelso honore huius seculi constitutus. Noli clamare pioni. Cui ille respondit. Noli esse uiolentus sed rogum construe. ut in flammas sponte pergamus. Dixit uero ex alia parte. Nescio quis fit segredimur. Et ad hoc hipparcus siue uatum carnifices uocabantur. Turmarius princeps fuit et spectabilis uenit. sed si preceptis obedire detrectas. semper quid potestatis possit habere turmarius. Dum hec loquitur. tamaforte pionii colla constrinxit. ut precluso gutture spm haurire non poterat. atque apparitori tradidit abducendum hominem. quam ita astrinxerat ut non haberet nec accipiendi nec exalandi spiritus facultatem. Trahebantur itaque ad forum et ceteri. et sublimi magna uoce clamantes xpiani sumus. et ut nos inuitus ad terram membra uicere. ut eo tardior corporum tractus coactem plum difficilior esset accessus. Pionium namque sex apparitores portabant pariter et trahebant. Cumque fessi lassatis humeris utraque parte iam cederent. latera eius calcibus uerberabant. ut ita ut leue onus fieret aut multus dolore sequeretur. Sed nihil illorum proficit asperitas. nec effectum habuit iniuria. Nam ita inmobilis erat quasi eius corpori pondus apparitorum calcibus adderetur. Quem postquam tam inmobilem nisu suo uiderunt. auxilia poposcerunt. ut uel numero uincerent. quia uirtute iam cessarent. Abreptum itaque pionium magna cum letitia et exultatione portantes iuxta aram tamquam uictimam collocauerunt. eo in loco ubi erat ille quem paulo ante sacrificasse dicebant. Tunc iudices seuera uoce dixerunt. Cur non sacrificas. Illi responderunt. Quia xpiani sumus. Iudices iterum dixerunt. quem dm colitis. Pionius respondit. hunc qui celum fecit. et sideribus ornauit. Qui terram fundauit et floribus. Rursum proconsul. Stultitie preceptor. erras. Respondit ille. pietatis. Rursum proconsul. sacrifica ergo. Ille respondit. Ego dm uiuum adorare didici. Tum proconsul. Omnes deos colimus. et celum et deos qui in eo dem sunt. Quid autem aera aspicis. sacrifica. Ille respondit. Non aspicio aera. sed eum qui aera fecit.

X. Rursum proconsul cuius p[ar]tis es. Ille respondit. presbiter illius quem dominum primum illum qui fecit celum et terram et mare.

Rursus proconsul. Dic qui fecit. Ille respondit.
Non licet prodi. Rursus proconsul. Necesse est te iouem
dicere quoniam ipse est cum quo dii deaeq; omnes sunt. Er
go sacrifica illi qui est deorum omnium celiq; reg
nator. Cumq; taceret: proconsul eum iussit ap
pendi. & quod uerbis non potuit. uoluit extorqueri
tormentis. Postea ergo quam ceperat subiacere suppli
ciis. ait proconsul. sacrifica. Ille respondit. mini
me. Rursus proconsul. multi sacrificauerunt decli
nantesq; tormenta luce potiuntur. sacrifica. non
sacrifico. Respondit rursus proconsul. sacrifica.
Ille ait minime. Rursus proconsul. Non penitus.
respondit ille. minime. Rursus proconsul. quid tan
tum elatus ad mortem nescio qua festinatione festi
nas. facito quod iuberis. Ille respondit. Non sum ela
tus. sed eternum dm̄ timeo. Rursus proconsul. Quid
dicis. sacrifica. Ille respondit. Audisti me dm̄ uiuum
timere. Rursus proconsul. sacrifica diis. Ille re
spondit. non possum. Post hanc beati martyris fix
am firmamq; sententiam proconsul. diu habitis cum
consiliatore sermonibus. Rursus proconsul ad pioniū
uerba conuertit. Persistis in proposito & penitentiam
nec sero testaris. Respondit ille. minime. Rursus pro
consul. habebis liberam potestatem quid te facere ex
pediat. maiore consilio & longa deliberatione metire.
Ille respondit. minime. Tum proconsul quoniam festinas ad
mortem uiuus passurus incendium es. Et recitari
iussit e tabula. pionium sacrilegum uirum mentis
qui se xp̄ianum esse confessus est ultricib; flammis iubemus
incendi. & hominib; metum faciat. & diis tribuat ultionē
bat itaq; uir tantus futurus xp̄ianis exemplum. sacri
legis uoluptati. nec ut ituri ad mortem sol&. Laba
bant uestigia. titubant genua. membra torpebant.
non mens mali prescia & ceteri. lam mortis. rela
bentib; uestigiis inpediebatur messum dolore pedib;
alacer corpore mente securus absoluto animo
ferebatur ad mortem. Cumq; ad stadium peruenis
set. priusquam commentariensis iuberet corpus suum
ipse nudauit. Qui postquam integra & inlibata membra
respexit ad celum. aciem uertit oculorum. agens
deo gratias quod ita fuisset & ipsius pietate seruatus.

Inpositus itaq; super quam iam gentilis extruxerat ar
duam trabalibus figere & ut membra sua ipse composuit.
Quem populus cum uidisset infixum sine misericordia
sine sollicitudine commotus. penitete inquid pioni.
tollantur claui. si facturum te spondeas quod iuberis.
Tum ille sensit & uulnera uel uerum sim fixus intel
lego. atq; interposito tempore ait. hec me ducit cau
sa. hec me potissimum ratio conpellit ad mortem.
Ut populus omnis intellegat resurrectionem futuram
esse post mortem. Post hec pionium & metrodorum
presbiterum cum his in quibus fixi erant stipitib;
erexerunt. uenitq; ut pionius a dext& tergo. metrodorus
staret ad leuam. Ad orientem oculos animoq; conuer
sus. Sed cum adlatis lignis ac subditis nutrimentis
uires ignis acciperet. & pardentem ignem pyram
fortiter populatrix flamma creparet. clausis
pionius oculis tacita urbe ne quiesceret & dm̄ suum
oratione poscebat. Nec multo post nimium uultu
leto ignem ore respexit. & amen dicens. Animam
quasi eructuaret euomuit commendans spm̄ suū.
Eiq; mentem uitam reddere & condemnaturum
iniuste animarum rationem repromisit exquire
re dicens. Dn̄e suscipe animam meam. Hic finis
beati pionii. hec passio fuit mira uita incorrup
ta semper ac libera. omniq; culpa uacua. pura sim
plicitas. fidei pumex. Innocentia perseuerans. cuius
pectus uitia exclusit quia cito patuit. Ita ille per
tenebras festinauit ad lucem. & per angusta gra
diens portam ad plenam & spatiosam properauit.
Corone quoq; eius dō ompso ostendit indicium. Sub
lato namq; igne illa quos illuc aut misericordia aut
uiuendi cura conduxerat. Tale corpus
pionii uiderunt. ut credite membra posse & ca
dere. habebat rectas aures meliores crinis barba
florente. atq; ita erat omne membrorum mo
le compositus ut iuuenis crederetur. & corpus post
quasi in minorem aetatem reductū ostenderet.
& illius meritum & resurrectionis exemplum
mira preterea gratia de uultu eius adrisit & mul
ta angelicis decoris signa fulserunt. dō ut xp̄ianis
fiducia. metus gentib; adderetur. Acta sunt hec

sub proconsuli iulio proculo. & quintiliano gaio
messio. quinto traiano decio uicto tristo uiro romani
dicunt. IIII id. mart. ciciliano mense sexto die sabba
to hora decima. sic autem facta sunt omnia ut nos scrip
simus. Imperante dno nro ihu xpo cui est honor &
gloria in secula seculorum. Amen. Expl. pass. sci pionii.

INCIPIT·PASSIO· SCI·NESTORIS·EPI· QUOD EST·IIII·KL·MARTIAS·

hym

Fides nos admonet ad scorum martyrum me
moriam recurri. & uidere uictorum athle
tarum xpi exemplorum nobis non paruu in
strumenta ministrantium quos filius coronauit glo
rificauit pater. athletas autem dico non illos qui i
magini laborant. quorum laus dubia est. & incerta
uictoria. & corruptibilis corona. sed illos dico scos
uiros qui usq. ad mortem concertauerunt ne nega
rent xpm filium di tenentes promissionem ip
sius saluatoris dicentis. Qui me confessus fuerit
coram hominibus confitebor & ego eum coram pa
tre meo qui in celis est. & illis ergo celestibus
athletis unus est beatus noster nestor. Nam
cum decius romani regni apicem dominatus
teneret & iussit omnes a propria secta abstrahi.
& inuocantes nomen dni ihu ad immunda
sacrificia prouocari. si qui aut contradix
issent iudicis offerri & penis uallari. enegari
taq. in pamphilia celestissimum edictum p
positum est sub preside polio. qui erat ipsam
prouinciam. qui non restrictum inmisit equi
tes qui percurrerent a deum regale precep
tum. dicens ut si qui alicubi essent xpiani
ad edendum immolata idolis cogerentur. quo
tempore & beati isti martyres laborauerunt in ap
tilia in siunitis. Dico autem papiu & diodoru
& claudianum & commonem apud emporiu
sed cum tempus fuerit horum gesta pandi
mus. Nunc beati nestoris enarramus.
Hic enim beatus nestor eps quidem fuit
apud magidis martyr aut apud pergen hic

sicut prediximus pro fide & religione & conuersatio
sua do fidelissimus modestie & humilitatis tanta
ut & iam ipse quibus ut negotio prepararent conuer
sationem eius timeret. Sed litteris tirannicis ob
uiare ausus non esset. Consilium ergo faciens cum
consortibus suis dixit. Non aliter possumus
aduersum xpianos. nisi epm ipsorum in manib
acceperimus. Quia omnes uoluntati eius obediunt
& famulantur. Beatus uero nestor ubi insidias
eorum cognouit plebem quidem suam fecit discede
re ne forte inquid lupus inueniens in gregem xpi
aliquam ouium dilaceraret. ipse aut non discessit
a domo sua in oratione persistens nocte ac die. Nihil
amplius postulans nisi qua custodiretur grex xpi. Cum
uenissent ad domum epi nestoris persecutores atq. alii
& cuiu; sectatores iniquitatis circum cinxerunt
domum eius. & accedens unus ad ostium cepit clama
re. Beatus aut martyr erat in oratione & unus
de pueris suis nunciauit ei dicens. Qui a foris querunt
te. Cum ergo conplesset orationem & dixisset Amen.
exiit aries sine malitia habens ma forciolum
super caput suum. & cum exisset ad eos qui uenerant
omnes declinauerunt uultum suum. & adorauerunt
eum. Ille aut dixit. Filioli que est causa quod ue
nistis ad me. Dixerunt ei. Uocat te irinarcus
& omnis curia. Ille aut signans se in nomine dni
ihu xpi subsequebatur eos sicut ouis in iacrificium.
& cum uenisset in foro surrexit irinarcus cum omni
curia & salutauit eum. Dixit autem eis parcat
uobis dns. Ut quid hoc facitis. Respondentes dixerunt.
Dignum est conuersationem tuam adorari. & accipientes
eum in medio sui secesserunt in locum separatum
a multitudine. & cum positi fuissent subsellia ple
rima iusserunt adferri thronum & ordinari eum
ut ibi sederet eps. Ille autem dixit eis. sufficit
mihi hic honor quod a uobis uocatus sum. dicite & hir
narcus dixit. nosti domine preceptum imperato
ris. Ille aut. Ego preceptum omnipotentis di noui.
Non preceptum imperatoris. Irinarcus dixit.
O nestor consenti cum tranquillitate ne conuenias
in iudicio. Nestor dixit. Cui consentio.

qui autem hec ea causa uocatus sum